

# Accusativo con l'infinito

Per la costruzione dell'**accusativo con l'infinito** tieni presenti le seguenti osservazioni.

Per poter tradurre dal latino inserisci la congiunzione 'che' ('di' nella forma implicita) immediatamente dopo la proposizione reggente.

*Magister dicit discipulos esse diligentes.*  
Il maestro dice che gli scolari sono diligenti.

Per rendere in italiano l'idea di futuro in dipendenza da un tempo storico devi usare il condizionale passato.

*Sperabam te mox remeaturum esse.*  
Speravo che saresti tornato presto.

Se il verbo manca di supino, in luogo dell'infinito futuro trovi la circonlocuzione **fore** o **futurum esse ut** (negaz. **ut non**) + congiuntivo presente (se dipende da un tempo principale) o imperfetto (se dipende da un tempo storico).

*Discipuli promittunt fore ut studeant.*  
Gli scolari promettono di studiare.

Ricorda, infine, che i pronomi personali e i pronomi e gli aggettivi possessivi contenuti nella proposizione infinitiva ma riferiti al soggetto della reggente hanno valore riflessivo.

*Lupus dicebat agnum maledixisse sibi.*  
Il lupo diceva che l'agnello aveva parlato male di lui.

Le frasi dell'esercizio che segue servono per imparare a tradurre le proposizioni infinitive; dal numero 37 in poi sono più complesse, con l'inserimento anche della proposizione finale, del *cum* + congiuntivo e della proposizione consecutiva.

**A) Esercizio di traduzione dal latino**

[1] Dominus dicit servos sedulos esse. [2] Dominus dicit servos sedulos fuisse. [3] Dominus sperat servos sedulos futuros esse. [4] Dominus dicebat servos sedulos esse. [5] Dominus dicebat servos sedulos fuisse. [6] Dominus sperabat servos sedulos futuros esse. [7] Magister dicit discipulos legere cum diligentia. [8] Magister dicit discipulos legisse cum diligentia. [9] Magister sperat discipulos lecturos esse cum diligentia. [10] Magister dicebat discipulos legere cum diligentia. [11] Magister dicebat discipulos legisse cum diligentia. [12] Magister sperabat discipulos lecturos esse cum diligentia. [13] Discipuli dicunt se studuisse cum diligentia. [14] Magister sperat fore ut discipuli studeant cum diligentia. [15] Discipuli dixerunt se diligentes esse. [16] Discipuli dixerunt se diligentes fuisse. [17] Discipuli promiserunt se diligentes fore.

[18] Lupus dixit agnum aquam turbolentam sibi bibenti fecisse. [19] Lupus dicebat agni patrem maledixisse sibi. [20] Vulpes dicebat uvam nondum maturam esse. [21] Vulpes dixerat corvo eius pennarum nitorem splendidissimum esse. [22] Corvus putabat vulpis laudes sincere esse. [23] Sero corvus animadvertit se stultum fuisse. [24] Ancilla respondit dominum domi non esse. [25] Unaquaeque dearum putabat se pulcherrimam omnium esse. [26] Venus Paridi promisit se ei in coniugium mulierum pulcherrimam daturam esse. [27] Constat Paridem Venerem dearum pulcherrimam iudicavisse. [28] Tarpeia sperabat se Sabinorum monilia obtenturam esse. [29] Notum est Tarpeiam proditionis poenas dedisse. [30] Regulus dixit Carthaginenses spem nullam habere. [31] Regulus dicebat se Romanum esse desiisse. [32] Regulus dixit se in ea urbe non mansurum esse. [33] Notum est Romanos etiam cum hostibus ius iurandum servasse.

[34] Consules sciebant se post annum futuros esse privatos. [35] Pyrrhi medicus promisit se regem veneno occisurum esse. [36] Pyrrhus Fabricio promisit quartam regni partem se ei daturum esse. [37] Rerum scriptores narrant Xerxem, cum innumerabiles copias congregavisset, Hellespontum traiecisse ut Graeciam invaderet. [38] Tradunt Xerxem tam superbum fuisse ut, cum ad Thermopylas pervenisset Graecorumque agmen vidisset, mox se parvam illam manum oppressurum esse affirmaverit. [39] Cum Ennius ad domum Scipionis venisset, fama est hunc tam impudentem fuisse, ut magna voce clamaverit se abesse. [40] Cum Terentius Varro cum Hannibalis copiis incaute conflisset, notum est tantam fuisse caedem, ut Hannibal domum tres modios anulorum ex occisorum digitis detractorum miserit. [41] Tanta fuit Cannensis clades, ut omnes putarent mox Hannibalem ad obsidendam Urbem ipsam perrecturum.